Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

in ore meo et in medio multorum
laudabo eum qui astitit a dex
teram pauperis ut saluam faceret
a persequentibus animam meam alleluia.
Hec munera qs. Secr.
domine et vincula nostre
prauitatis absoluant
et tue nobis misericordie dona concilient.
Petite et accipietis querite. Co.
et inuenietis pulsate et aperietur
vobis omnis enim qui petit accipit
et qui querit inuenit et pulsanti
aperietur alleluia. Postcom.
Vota nostra quesumus domine
pio fauore prosequere: ut dum
tua dona in tribulatione
percipimus de consolatione
nostra in tuo amore crescamus.
In vigilia ascensionis domini.
Vocem iocunditatis. ut supra
in dominica. Oratio.
Presta qs omnipotens deus et
pater. ut illuc nostre
mentis intentio quo sollempni
tatis venture gloriosus
auctor ingressus est semper
intendat: et quo fide pergit
conuersatione perueniat.
Per eundem. Ad ephesios.

Fratres. Unicuique nostrum
data est gratia secundum men
suram donationis Christi.
Propter quod dicit: Ascendens
Christus in altum captiuam duxit
captiuitatem: dedit dona
hominibus. Quod autem ascendit
quid est nisi quia et descendit
primum in inferiores partes terre?
Qui descendit ipse est et qui
ascendit super omnes celos: ut
adimpleret omnia. Et ipse
dedit quosdam quidem apostolos:
alios autem prophetas, alios vero
euangelistas, alios autem
pastores et doctores ad con
summationem sanctorum in opus
ministerii, in edificationem
corporis Christi. donec omnes occur
ramus in unitatem fidei
et agnitionis filii dei:
in virum perfectum, in mensu
ram etatis plenitudinis Christi
domini nostri. Alleluia: Omnes gentes
plaudite manibus iubilate deo
in voce exultationis. Iohannem.
In illo tempore: Subleuatis ihesus
oculis in celum dixit. Pater
venit hora: clarifica filium